Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



241

motu a fuerit. spiritu uiificare non potest. propter ad dicit & apostolus. quando infir
mor. tunc fortior sum. Considerate se unusquisq: quando ieunio lassus. & defatus.
quomodo anima uigeat. quomodo nihil aliud mens. nisi de eo considerat. quomodo se em
perdicat. Quam dilecta tabernacula tua dne uirtutum. Etenim passer inuenit sibi
domum. & turtur nidum sibi ubi reponat pullos suos. Interim simplicit inter premur.
Uide quid dicat desidero dne & cernat tabernacula tua. Concupiscit & defecit anima mea
in atrios dni. sed. e. aliquam & ni dolum animae meae & corpori meo habere desidero.
Aues quaeque huc atq: illuc uacantur. tamen post quam uolauerint habent locum &
ni dolos ubi requiescant. quanto magis anima mea & caro mea debet sibi locum p
parare ubi possit requiescere. Nunc altius aliquid ascendamus. In dno
confido quomodo dictus anima mea transmigrate in montes sicut passer.
Uide ergo quia nemo transmigrat in montes. nisi qui passer. e. & turtur nidum
sibi. Ista. e. turtur de quadicit in cantica canticorum. Uox turturis
audita. e. in terra nstra. tuitur nidum sibi tuitur animal castitatis. tuitur
non habitat in humilib: sed semp facit nidos sibi in excelsis arboribus.
sicut ergo passer & tuitur aues castissima nidos sibi in excelsioribus: faciunt.
Sic ergo tabernacula & atria & domus non sunt in ista humili terra sed in excelso
hoc. e. in regnis caelorum. Denique uide quid dicat. beati qui habitant in domo
tua. In tabernaculo non habitamus sed peregrinamur. & in atria quadiu sumus
non habitamus. sed peregrinamur. De atrius enim transimus in domo.
Cum autem uenerimus in domo. quid dicitur. Beati qui habitant in domo tua. do
mus quae fundamentum habet quam de domo exire nobis non licet. de atrius licet
in uallem lacrimarum in loco quem posuit. ubi dicitur in uallem necesse. e. ut eo
contrario intellegamus & montem. Ergo quicumq: disponit ascensiones in
cor de suo. Ubi positus. e. in uallem lacrimarum. Consideremus qd in uallesi
mus. non sumus in montem. non sumus in pauredisi. in pauredisi altitudine sed in humilitate
terrae. maledicta terra maledicta quae nobis tribulos & spinas generat quae
cibus serpentis. e. De quadicitur ad adam. terra es & in terra ibis. quadiu sumus
ergo in uallem lacrimarum non debemus ridere. sed flere. propter ad dicit dns.
beati flentes. quia ipsi ridebunt. Interdum ergo sumus in uallem lacrimarum &
setm hoc lacrimarum. e. non gaudii. Non debemus ridere quam hoc saeculum
& hoc tempus lacrimarum. e. illud gaudii In uallem lacrimarum In loco quem posuit.
Quid. e. qd dicit. In loco quem posuit. In loco hoc. e. in uallem lacrimarum in loco quem
posuit. Dns nobis posuit ad certamen ut semp in hoc pugnemus. locus ergo iste
hoc. e. uallis lacrimarum. non. e. pacis. non. e. securitas. sed certaminis.